

Cum autem placuisset omnibus sapientis oratio, et omnes consummare propositum instantissime procurarent; veneri viri discreti, verba lacrimabiliter proponentes, animos audientium moventia desistere a propositis et ostendentia fructuum qui ex pace procedunt duplices rationes, personarum scilicet salutem, divitiarum augmentum, et propriorum corporum merum cum libertate dominium. Proponebant item pistorienses honorem velle reddere florentinis, si per ignorantiam vel scienter aliquo tempore peccaverunt. Super quibus et aliis que obicerentur, viros probos et discretos constitui petebant de concordia tractaturos. Factum est autem cum super predictis fuissent positi sapientes, est in eodem exercitu inter utramque civitatem statuta concordia, in perpetuum, dante Domino, duratura. Qua destructum est castrum Carmignanum dictum, ex pacto nullo tempore relevandum, et alia sunt pacta inita et iurata, ut instrumenta publica manifeste declarant. Duravit enim pax, cum fuisset bonae voluntatis non lesa per aliquem, et concordia multiplicans crevit per bona opera roborata. Deus enim inter ambos mediator existens, in unum coniunxit utramque, et facte sunt enim quasi una caro, et invicem debitrices. Millesimo ducentesimo vigesimo octavo²(1). Unde versus:

Flos inimicorum vindex Florentia florum,
Pistorium contra commovet ipsa manu.
Ivit et invasit vi fines pistorienses,
Castra ruens, vastans rura, domosque cremans.
Dat pacem Baptista suis, famulatur eidem
Baptiste Iacobus discipulusve Dei.
Urbs florentina vati preconia dona,
Auxilio cuius colla superba domas.
Octo viginti currebant mille ducenti
Anni, nobis cum palma decusque fuit.

Anno sequenti, pisani, senenses et marturienses societatem contraxerunt, quisque laborans, ut languens ab infirmitate sanari. Verumtamen Deus non intendit eisdem; quoniam offendebar a senensibus attentantibus religionem frangere iuramenti; a marturiensibus, quoniam cum unum sentirent et idem, nolebant dominis subiacere, libertatem contra iuris ordinem, sine manumissores querentes. Pisani vero licet super hoc non offenderent Deum, laborabant tamen, timentes ne deterius contingeret eis, et iacula providebant, de percussione dubitantes. Tamen procedente tempore prestita fides evanuit, et omnia vincula sunt soluta in derisu, remanente Pisa et Sena penitus superata, et marturiensibus (sic) ad mandata conversis. Unde versus:

Tres sunt concordēs lucrati tempore sordes.
*Eodem anno senenses de suis viribus confidentes, et de predictorum magno suffragio, proposuerunt castrum Montepulcianum arte destruere, inter habitatores eiusdem seminando discordiam. Crevit ita multiplicans, quod milites octuaginta pretio corrupti, castrum infragressibiliter exivere, guerram incontinenti facientes eisdem, et

(1) Vedi il Salvi nelle *Historie di Pistoia*, tomo I, pag. 166, dove si parla di questa guerra.

Cap. Iud. C.

appena mutata

h/ostia

salvationem add. ad. d.

jutte

utraque

h/ostia, linea opposita.

g/ostia

Ly. Iud. A.

h/ostia mag. ad. in. vel Dominus

h/ostia talibus

Iud. Cap. 8.

271